

*Copia de carta del Ilustrissimo Cabildo de la Santa Iglesia de Toledo,  
Primada de las Espanas, pidiendo à su Santidad la aprobacion  
de los libros de plomo de el Santo Monte.*

*Escrivida por el Doct. D. Christoval Ruiz, Canonigo de dicha S. Iglesia.*

B<sup>nc</sup> Pater.

**P**ræviso rationum pondere, quo Granatensis Archiepiscopus Petrus de Castro & Quiñones, inter eximios sui seculi Prælatos virtute, sapientia, prudētia, solido, & maturo iudicio, ac immunitatis Ecclesiæ defensione præstantissimus, reliquias in Sacri Mōtis caber, nis repertas, rigorosissimo quatuor annorum examine, & confessis processibus mira diligentia, sua auctoritate ordinaria, ac speciali Sedis Apostolicæ facultate munita, qualificavit, inspecta que communī populi devotione, qua profusis lacrymis dictum decretum acceptum, ac totius Regni plausu celebratum fuit, præcedenti Provinciali Concilio ad hunc speciale effectum cōgregato, plurimorum que doctissimorum virorum, ac Religionum Prælatorum assistentium in illo authoritate, qua decretum qualificationis subscripti- runt; ac tandem cognita specialissima cura, qua Summi Pontifices antecessores vestræ Beatitudinis per multos annos intenti, libros plumbeos simul cum prædictis reliquijs repertos in dicto Sacro Mōte interpretari curarunt, deputatis ad hunc effectum interpretibus in lingua Arabica peritis, & in sacra Theologia doctissimis Magistris, donec Alexandro VII. felicis recordationis Summo Pontifice, labore compleverunt (vt asseritur) interpretatio quæ fuit terminata, & ab illis ordine Pontificio subscripta. Sancta Ecclesia Toletana Hispaniarum Primas, ad vestræ Beatitudinis sanctissimos, quos osculatur, pedes, provoluta, enixè Sanctitatem vestram deprecatur, vt dignetur solita benignitate audire Archiepiscopum Tranensem missum à Rege Domino nostro Catholico Carolo II. vt eius nomine supplici repræsentatione demonstret, quanta efficacitate, & affectu communiter in his Hispaniæ Regnis desideretur, vt doctrina prædictorum librorum plumbeorum de mandato Sanctitatis vestræ examini mandetur, designatis ad hoc Magistris in Sacra Theologia, qui mature, & attente usque ad apices evolvant, & si aliquas invenierint difficultates, dignetur Sanctitas vestræ, vt de illis detur copia

præ-

**T**  
Copia de carta del Ilustrissimo Cabildo de la Santa Iglesia de Toledo,  
Primada de las Espanas, pidiendo à su Santidad la aprobacion  
de los libros de plomo de el Santo Monte.

\* \* \*  
Escrita por el Doct. D. Christoval Ruiz, Canonigo de dicha S. Iglesia.

B<sup>nc</sup> Pater.

**P**ræviso rationum pondere, quo Granatensis Archiepiscopus Petrus de Castro & Quiñones, inter eximios sui seculi Prælatos virtute, sapientia, prudētia, solido, & maturo iudicio, ac immunitatis Ecclesiæ defensione præstantissimus, reliquias in Sacri Mōtis caber, nis repertas, rigorosissimo quatuor annorum examine, & confessis processibus mira diligentia, sua auctoritate ordinaria, ac speciali Sedis Apostolicæ facultate munita, qualificavit, inspectaque communī populi devotione, qua profusis lacrymis dictum decretum acceptum, ac totius Regni plausu celebratum fuit, præcedenti Provinciali Concilio ad hunc specialem effectum cōgregato, plurimorum que doctissimorum virorum, ac Religionum Prælatorum assistentium in illo authoritate, qua decretum qualificationis subscripti- runt; ac tandem cognita specialissima cura, qua Summi Pontifices antecessores vestræ Beatitudinis per multos annos intenti, libros plumbeos simul cum prædictis reliquijs repertos in dicto Sacro Mōte interpretari curarunt, deputatis ad hunc effectum interpretibus in lingua Arabica peritis, & in sacra Theologia doctrissimis Magistris, donec Alexandro VII. felicis recordationis Summo Pontifice, laborem compleverunt (vt asseritur) interpretatio quæ fuit terminata, & ab illis ordine Pontificio subscripta. Sancta Ecclesia Toletana Hispaniarum Primas, ad vestræ Beatitudinis sanctissimos, quos osculatur, pedes, provoluta, enixè Sanctitatem vestram deprecatur, vt dignetur solita benignitate audire Archiepiscopum Tranensem missum à Rege Domino nostro Catholico Carolo II. vt eius nomine supplici repræsentatione demonstret, quanta efficacitate, & affetu communiter in his Hispaniæ Regnis desideretur, vt doctrina prædictorum librorum plumbeorum de mandato Sanctitatis vestræ examini mandetur, designatis ad hoc Magistris in Sacra Theologia, qui mature, & attente usque ad apices evolvant, & si aliquas invenierint difficultates, dignetur Sanctitas vestræ, vt de illis detur copia

præ-

prædicto Archiepiscopo, qui (Deo dante) satisfacere curabit, ut me  
lius, & firmius enucleetur veritas, & citius deveniatur ad desidera-  
tam qualificationem. Et quamvis pro nunc non concedatur libris  
& eorum doctrinæ æqualis certitudo, & authoritas, quam haben-  
t à Sancta Sede reliquiae iam relatæ, ad minus summa vestræ Beati-  
tatis clementia non dedignetur declarare, *Quod in plumbeis libri*  
*iuxta versionem authoritate Pontifici a factam, non reperitur aliqui*  
*contra Fidem Catholicam, nec quod divinis præceptis, nec consilij*  
*Evangelicis contradicit.* Quod erit singulare solatum istorum Reg-  
norum, & (nostro ni fallimur iudicio) Ecclesiæ Sanctæ copiosum  
fructum allaturum ad conversionem infidelium, præcipue Maho-  
metanorum, & Hæreticorum. Nec omittere possumus validum ar-  
gumentum, quod innumeri litteratissimi Doctores (desiderantes  
prædictam qualificationem) efficiunt, desumpto ex declaratione sal-  
eriarum reliquiarum; *Nam si plumbæ lamina in Sacro Monte casu*  
*inventæ reputata fuere, tamquam testes creditu digni ad reliquiarum*  
*veritatem, quam referunt, cur eamdem authoritatem non habebunt,*  
*et non erunt creditu digna ad librorum authoritatem, et veritatem,*  
*quam æuali relatione affirmant?* Quibus ab altissimo iudicio, &  
summo zelo, quo Sanctitas vestræ Ecclesiæ Dei gubernaculo incel-  
lanter insistit, consideratis; speramus hanc qualificationem, quam  
toto cordis affectu à vestrâ Sanctitate depositimus. Dignetur ergo  
Beatus vestræ Spem nostram, Ecclesiam Sacri Montis, Ecclesiam Me-  
tropolitane, & Civitatis Granatensis, ac totius Hispania desiderium  
adimpleri. Sic ex vestro in nos paternali affectu non dubitamus, &  
quod veniet lætus hic dies, vt re iam diu incepta ad optatissimum  
finem perducta, exultemus, & lætemur in eo. Deus, Beatissime Pa-  
ter, vestrâ Sanctitatem diutius Ecclesiæ suæ servet in colum,   
prout assidua nostra apud illum vota, ardentesque preces incessanter  
efflagitant. Toleti ex nostro Capitulo xij. Kalendas Septembri  
M. DC. LXX. IX.